

VERE dignum et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper, et ubique grätias ägere: Dömine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómpri-mis, mentem, élevas, virtútem largiris et praémia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt potestates. Caeli cælórúmque Vir-tútes, ac beáta Séraphim sócia exsul-tatióne concélebrant. Cum quibus, et nostras votes ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

*Daniel 3.58*

BENEDICITE, omnes Angeli Domini Domino: hymnum dicite, et super-exaltate eum in sæcula.

CORPORIS tui et Sanguinis sumptis mysteriis, tuam, Domine Deus nos-ter, deprecamur clementiam: ut sicut Gabriele nuntiante, Incarnationem tuam cognovimus, ita ipso adju-vante, Incarnationis ejusdem benefi-cia consequamur: Qui vivis et regnas.

## PREFACIO DE CUARESMA

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que, por el ayuno corporal, domas nuestras pasiones, elevas la mente, nos das la virtud y el premio, por Jesucristo nuestro Señor, por quien alaban los Angeles a tu majestad, la adoran las Domi-naciones, la temen las Potestades y la cele-bran con igual júbilo los Cielos, las Vir-tudes de los cielos y los bienaventurados Serafines. Te rogamos que con sus voces admitas también las de los que te decimos, con humilde confesion:

## COMUNIÓN

Ángeles del Señor, bendecid todos al Señor; alabadle y ensalzadle por siempre.

## POSCOMUNIÓN

Recibido el sacramento de tu cuerpo y de tu sangre, rogamos a tu clemencia, ¡oh Señor y Dios nuestro!, que así como hemos conocido tu encarnación por el anuncio de Gabriel, así, con su auxilio, consigamos los beneficios de esa misma encarnación. Tú que vives y reinas.

## PROPRIO DE LA MISA

### SAN GABRIEL

#### Arcángel

*24 de Marzo - Fiesta clase 3.ª - Blanco*

*Salmo 102.20,1*

#### INTROITO

BENEDICITE Dominum, omnes Angeli ejus: potentes virtute qui facitis verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus. *Ps.* Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus. *Ÿ.* Gloria Patri.

Benedicid al Señor todos vosotros sus ángeles, poderosos guerreros que ejecutáis sus órdenes y deciles a la voz de su pala-bra. Salmo. Bendice, alma mia, al Señor; y todo mi ser bendiga su santo nombre. *Ÿ.* Gloria al Padre.

#### COLECTA

DEUS qui inter ceteros Angelos, ad annuntiandum Incarnationis tuæ mysterium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum ejus celebramus in terris, ip-sius patrocinium sentiamus in cælis. Qui vivis et regnas.

¡Oh Dios!, que entre todos los ángeles has elegido al arcángel Gabriel para anunciar el misterio de tu encarnación, haz que, quienes celebramos su festividad en la tier-ra, sintamos los efectos de su protección en los cielos. Tú que vives y reinas.

*En Cuaresma, conmemoración de la feria.*

*Daniel 9.21-26*

#### EPÍSTOLA

IN diebus illis: Ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, et locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum ut docerem te, et intelligeres. Ab exordio precum tu-arum egressus est sermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadvertes sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam ut consum-metur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et unguatur

He aquí que Gabriel, el hombre a quien yo habia ya visto en visión, vivo a mí en rápido vuelo, como a la hora del sacrificio de la tarde. Y me instruyó y habló diciendo : Daniel, he venido ahora para hacerte comprender. Desde el comienzo de tu oración se pronunció una palabra, y vengo para que la conozcas, porque tú eres el predilecto. Oye, pues, la palabra, y entiende la visión. Se han fijado setenta semanas a tu pueblo y a su santa ciudad para poner fin a la prevaricación, cancelar el pecado, expiar la iniquidad, traer la justicia eterna, sellar visión y profecía y ungir al Santo de los santos. Sábelo, pues, y enténdelo bien: Desde que salga la orden

Sanctus sanctorum. Scito ergo, et animadverte: Ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem, us-que ad Christum ducem, hebdoma-des septem, et hebdomades sexa-ginta duæ erunt: et rursum aedificabitur platea, et muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: et non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio.

*Salmo 102.20,1*

BENEDICITE Dominum omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus. *V.* Benedic, anima mea, Dominum et omnia interiora mea nomen sanctum ejus.

*Lucas 1. 28-42*

AVE, Maria, gratia plena, Dominus tecum. *V.* Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. *V.* Ecce concipies et paries filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel. *V.* Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

*Lucas 1.26-38*

IN illo tempore: Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et

para que se reedifique Jerusalén, hasta un unguido principe, habrá siete semanas y sesenta y dos semanas y se reedificará, con plazas y fosos, en la angustia de los tiempos. Y después de las sesenta y dos semanas, se quitará la vida al Cristo y el pueblo que le habrá de negar dejará de subsistir. Y un pueblo vendrá con su caudillo y destruirá la ciudad y el santuario ; esto sert la ruina, y, acabada la guerra, ya no habrá más desolación.

GRADUAL

Benedicid al Señor todos vosotros sus ángeles, poderosos guerreros que ejecutáis sus órdenes. *V.* Bendice, alma mía, al Señor ; y todo mi ser bendiga su santo nombre.

TRACTO

Dios te salve, María; llena de gracia; el Señor es contigo. *V.* Bendita tú entre todas las mujeres, y bendito el fruto de tu vientre. *V.* Concebirás y darás a luz un Hijo, a quien pondrás por nombre Emmanuel. *V.* El Espíritu Santo vendrá a ti, y te cubrirá con su sombra la virtud del Altísimo. *V.* Por ello el fruto santo que nazca de ti se llamará Hijo de Dios.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Envió Dios al ángel Gabriel a una ciudad de Galilea, llamada Nazaret, a una virgen desposada con un varón, llamado José, de la casa de David, y el nombre de la Virgen era María. Y habiendo entrado el ángel a ella, le dijo: Dios te salve, llena de gracia; el Señor es contigo; bendita tú, entre todas las mujeres. Ella se turbó al oír esto, y discurría qué podría significar aquel saludo. Mas el ángel le dijo: No temas, María, porque has hallado gracia antes Dios. He aquí que concebirás en

vocabis nomen ejus Jesum: Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

*Apocalipsis 8.3,4*

STETIT Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu Dei.

ACCEPTUM fiat in conspectu tuo, Domine, nostræ servitutis munus et beati Archangeli Gabrielis oratio: ut qui a nobis veneratur in terris, sit apud te pro nobis advocatus in cælis. Per Dominum.

tu seno, y darás a luz un Hijo, a quien pondrás por nombre Jesús. Este será grande, y se llamará el Hijo del Altísimo. El Señor Dios le dará el trono de David, su padre: Reinará en la casa de Jacob eternamente, y su reino no tendrá fin. Dijo entonces María al ángel: ¿Cómo ha de ser eso, pues yo no conozco varón? Le respondió el ángel: El Espíritu Santo descenderá sobre ti y el poder del Altísimo te cubrirá con su sombra. Por lo cual el santo que de ti ha de nacer, se llamará Hijo de Dios. Y he aquí que Isabel, tu parienta, ha concebido también un hijo en su vejez; y la que llamaban estéril, cuenta ya hoy el sexto mes; porque nada es imposible para Dios. Dijo entonces María: ¡He aquí la esclava del Señor!: hágase en mí según tu palabra.

OFERTORIO

Púsose el ángel junto al ara del templo, con un incensario de oro en su mano ; y diéronsele muchos perfumes; y subió el humo de estos aromas hasta Dios.

SECRETA

Acoge, Señor, favorablemente en tu presencia el obsequio de nuestra servidumbre, y la oración del arcángel san Gabriel; y, pues nosotros le veneramos en la tierra, él, a su vez, sea nuestro abogado ante ti en el cielo. Por nuestro Señor Jesucristo.